



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 93. De Sacramento Confirmationis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

prandia, nisi necessitas, aut periculum infan- Sæcal. XVI.
 tium accelerare baptismum exposcat) cum A.C. 1549.
 multa sobrietate, & accurata devotione ba-
 ptismum administrent; Comestiones vero,
 & parum sobria convivia, quæ quibusdam
 in locis post baptismum fiunt, per civiles
 Magistratus inhiberi, aut saltem ad modera-
 tionem Christianis dignam reduci volumus.

§. XCIII.

De Sacramento Confirmationis.

Decimus septimus articulus, qui agit
 de Sacramento Confirmationis, de-
 clarat, illud ex institutione Christi, & A-
 postolorum praxi, Ecclesiæ relictum esse,
 in quo, juxta Domini promissionem, Spi-
 ritum Sanctum, quo in baptismo ad peccati
 emundationem signati sumus, cum novo gra-
 tiæ suæ munere accipimus: videlicet, ut vir-
 tute ejus contra satanæ tentationes mu-
 niamur, ut gratia ejus, ad melius capienda
 fidei mysteria, illuminemur, ad Confessionem
 Christi fiduciam, & contra vitia robur ac-
 cipiamus, quæ omnia Christus Dominus per
 Spiritum Sanctum, quem missurus erat, fi-
 delibus conferenda diserte promisit: ea vero,
 ut erant a Christo promissa, ipsis Aposto-
 lis in die Pentecostes exhibita, & ab eisdem
 per manuum impositionem in alios trans-
 fundi cepta, Actus ipsorum satis testantur:
 unde Ecclesia Catholica Spiritum Sanctum

Sæcul. XVI. *per manus Episcoporum fidelibus tradendi*
A C 1549. *normam accepit.*

XVIII. *Jubet, ut animarum Pastores diligenter etiam populum instruant, cur hoc Sacramentum, ab initio sola manuum impositione exhibitum, mox sub ipsis temporibus Apostolorum ex eorundem traditione, adhibita chrismatismatione, cœperit conferri, nam cum initio Spiritus Sanctus, ad evidentiore recentis adhuc fidei commendationem; signo visibili influeret confirmatis, extrema unctio, quæ illam internam designaret, tunc non erat opus: postea vero adulta Ecclesia, & stabilita fide, cum signa externa apparere cessaverunt, nec jam amplius Spiritus Sanctus visibiliter descenderet, mox in locum visibilis signi unctio chrismatismationis adhiberi cœpit, quæ his, qui confirmarentur, internam, & spiritalem unctioem repræsentaret; ut quid intus agatur per gratiam, foris aliquo visibili signo innotescat, & verbi fidem externi elementi similitudo confirmet,*

XIX. *Decernit, ne cuiquam sive ex sacro fonte levando, sive ad sacram confirmationem tenendo, plures quam unum patrum, liceat adhibere.*

§. XCIV.

De Sacramento Pœnitentiæ.

In articulo vigesimo, ac sequentibus exponitur Pœnitentiæ Sacramentum,
 necnon